ipsam dare pisana potestas penitus de-
negabat inferendo minas si coram
eo amplius compararet. lite itaque
inter pisanos et lucenses orta patien-
te domino tempore procedente qui
plerumque digna factis reddit con-
tra iura viventibus venerunt legati
lucenses viri patrocinium postulan-
tes instantissime florentinis. Cum
pisani tanquam leo rugens querens
quem devoret ipsorum terram vio-
lenter intrassent et hedificassent
castra duo Montemorectium sili-
cet et Planetolem ad eorum iniuriam
et non modicam lesionem et crede-
rent tusciam totam sibi subicere
expoliando florentinos et iuxta u-
tem lucam radendo. recesserunt
tum legati gaudio tam domi respon-
sionem referentes. Pisani vero rerum
auditione gestarum fortius solito
indignati ex omni parte tuscie et lon-
bardie congregatis amicis et subditis
prope castrum predictum montemorictium